

E V R O P A:

nam sit numerus pacem colentium: quod vitæ genus ob-  
tinet maxime industria Ducum, primo Græcorum, deinde  
etiam Macedonum & Romanorum. Itaque Europa &  
ad pacem, & ad bellum abunde sibi ipsa sufficit: nam co-  
piam habet magnam & pugnacium & terram colentium,  
& urbes conservantium. Eo quoque excellit, quod optimos  
fert fructus ad vitæ necessitatem pertinentes, & me-  
talla quæcumque usui sunt: odoratas autem res, &  
lapides pretiosos extrinsecus important, quibus qui  
carent, nihilo deterius videntur iis qui possident. Accedit,  
quod pecoris abundans, feras damnosas paucas alit.

Haftenus ille. Sed profequitur eam octo se-  
quentibus libris elegantissime describendo. Ex  
recentioribus autem describere eam Volate-  
ranus, Munsterus, Dominicus Niger, Georgius  
Rithaymerus, in suis Geographiis. Accuratissi-  
me vero eam descriperunt, Pius II, Christo-  
phorus & Ancelmus Cellæ. Itineraria vero per  
universam Europam litteris mandarunt, Che-  
rubinus Stella, Iohannes Herbaceus, Georgius  
Mayerus, & Guilielmus Gratarolus in calce  
libri, qui inscribitur, *De regimine iter agentium.*

